

87

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAЕ
CHRISTOPH. FRID.
AYRMANNVS,

PROF. PVBL. ORD.
VNA CVM TOTO

SENATV ACADEMICO,
LECTIONES HIBERNAS

TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS,
A SINGVLIS OMNIVM FACVLTATVM PROFESSORI-
BVS HABENDAS, INDICIT,
ad easque sedulo audiendas

*GENEROSOS AC NOBILISSIMOS
CIVES ACADEMIAE*


peramanter inuitat.

P. P. d. xii. Sept. A. clo lo cc xlv.

sub Sigillo Acad. maiori.

Giesse,

Typis Eberh. Henr. Lammers, Acad. Typogr.



In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Fac. Theol. & totius Academicæ Senior.

Publice in lectionibus Polemicis perget ; priuatim vero Historiam eccl. & Theologiam positiuam denuo resumet, nec non alias sanctioris doctrinae partes desiderantibus, quibuscunque licebit, Sincerum animum & studium promittit.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Facultatis Theol. h. t. Decanus.

Publice historiam Ecclesiæ novissimam, a pace Westfalica ad nostra usque tempora, ad ductum compendii a celeberrimo CYPRIANO concinnati, præleget, alternisque vicibus lectiones Polemicas in summi FÉCHTII Syllogem controversiarum, una cum disputationibus in eandem, continuabit. *Priuatim* scholas dogmaticas in BAIERVM de novo auspicabitur, additurus pro more in singulis capitibus historiam dogmatum, quòve pacto ad praxin pietatis scientia rerum sacrarum deducenda sit, ostensurus.

IO. HERM. BENNER

D. & P. O.

Dogmatices partem alteram d. a. absoluet, *priuati* laboris & solidæ pietatis materiam. Addet, si qui uolent, partem simul priorem, totum ut stadium eadem hieme

81

() 3 ()

hieme decurratur. *Publice* veteranos Quirites disputando exercebit, ac nobile argumentum *iuris ecclesiastici*, de *habitudine veteris synagogae ad rem publicam*, excutiet. Ad plura paratum, qui cupient, habebunt.

ERNEST. FRID. NEUBAVER,

SS. Theol. Doct. eiusque Prof. ordin. Stipendiatorum Principium Ephorus & Definitor.

HOras *publicas actibus apostolicis*, exegetice pertractandis, destinabit, habita ubique profundiori fontium cura. Priuatim *hermeneuticam sacram* docebit, ad ductum b. RAMBACHII. Diebus Saturni *exercitium disputandi*, nuper feliciter inchoatum, in b. MENZERI, filii, *quaestiones theol. ad Aug. Conf. vna cum Concordia Wittebergensi*, libello Hassiae symbolico, hic excusas continuabit. Ad plures labores numquam non erit promptus paratusque, id praecipue etiam acturus, vt alumni Principales, clementissime sibi commissi, fideliter manuducantur, preces eorum rite instituantur, nihilque omittatur, quod ad eorum vtilitatem vlla ratione conducere possit.

In Facultate Juridica.

D. IO. FRIED. KAYSER,

In Regimine & Consistorio Eccles. Director, Jur. P. P. Ord. & Primar. nec non rerum Oeconom. in Alma Ludoviciana Inspector perpetuus.

A Collegiis publicis & privatis privilegio Principis immunis, *privatissime tamen* Dn. Dn. Commilitonum studia

dia

dia promovere non desistet, nec defuturus iis, qui selectiora themata pro cathedra defendere sibi proposuerint.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT, P.P.O.

Publice potiores iuris controuersias cum Nobiliss. Dnn. Commilitonibus disputabit. *Priuatim* explicationem *Iuris Germanici* ad finem perducet, nec non HEINECCII *elementa iuris civilis secundum ordinem institutionum* & BOEHMERI *introductionem in ius digestorum* exponet; iis, qui in aliis iurisprudentiae partibus operam suam desiderabunt, nunquam defuturus.

D. IO. ERNEST. HOEPEFNER,

Prof. Jur. Ordin.

Publice in explanando Jure Criminali Boehmeriano perget, eoque absoluto ad tit. ff. de Reg. Jur. commentabitur. *Priuatim* HEINECCII *Elementa juris civ. juxta ordinem Institutionum* interpretabitur atque ex antiquitatibus Romanis & Historia Juris illustrabit. Doctrinam Pandectarum Ill. BOEHMERO duce tradet, Juris publici prudentiam vero secundum principia Ill. MASCOVII docebit.

IO. CHRISTOPH. BALSER,

P. P. Ord.

Publice Ill. D. BOEHMERI *Elementa juris canonici vel Ejusdem libelli* de actionibus, optione quidem Nob. Dnn. Commilitonibus relicta, explicabit. *Priuatim* de nouo Pandectas, duce Eodem BOEHMERO binis per singulos



gulos dies horis, Nobil. Dnn. Commilitonibus id postu-
 lanti-us; interpretabitur; nec non cœptas ad h. STRV-
 VII Jurisprudenciam romano-germanicam lectiones se-
 dulo persequetur, simulque b. HEINECCII Elementa ju-
 ris secundum ordinem institutionum exponet. Jus Feu-
 dale denique desiderantibus explanabit. Vbi etiam,
 si id commodum visum fuerit, examinatorium vel dispu-
 tatorium collegium adjunget.

GEORG. WILH. WAGNER,

Juris Lic. ejusque Prof. publ. extraord.

& Fac. Jurid. Assessor.

L Ectiones publicas in Struvii Jurisprudenciam Romano-
 Germanicam fere absolutas, per hoc semestre hiber-
 num D. V. denuo inchoabit, ejusque ductu jura in ipsis
 rerum argumentis obtinentia monstrabit. Praelectiones
 privatas Elementis Juris Civilis ad ordinem Institutionum
 B. Heineccii illustrandis, nec non Ill. Bœhmeri Digestis ex-
 ponendis destinabit. Ill. quoque Koppii Historiam juris
 universi desiderantibus exponet. Nec in reliquis Juris-
 prudentiæ theoreticæ, vel practicæ partibus tradendis, Præ-
 nob. Dnn. Commilitonum votis vnquam deerit.

In Facultate Medica.

D. IO. CAS. HERTIVS, P. P. O.

Q Uamprimum per adversam, eamque diuturnam va-
 letudinem licuerit, nihil intermittet, quod ad offi-
 cium suum pertinere intellexerit, neque publice minus,
 quam privatim in iis, quæ ipsi impostæ sunt, Medicinæ
 partibus

partibus, Nobiliff. Dominis Commilitonibus pro virili
satisfacere conabitur.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Facult. Med. b. t. Decanus.

Publice praecepta scribendarum formularum tradet.
Privatim praxin generalem & specialem exponet;
nec alia desiderantibus defuturus.

D. FRID. WILH. HENSING,

P. P. O.

SI Deus T. O. M. sanitatem meliorem largitur, fra-
ctisque viribus porro resistit, novasque dat: tunc
non solum strenue in lectionibus publicis, sed & privatis
privatissimisque perget.

In Facultate Philosophica.

**CHRISTOPH. FRIDERICVS
AYRMANNVS,**

Professor Histor. & Bibliothecar. Acad.

Historiam Imperii Romano-Germanici ductu Struuii
praeleget. Bibliothecam publicam, multo labore in-
decentem ordinem redactam, & nunc plane absolutam,
singulis Saturni diebus in communes usus aperiet, ex
Catalogo eius nouo, si placuerit, Notitiam honorum
librorum proponiturus.

84

(7)

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. naturalis Profess. ordinarius.

EXpositis per semestre aestiuum principiis Physices generalibus ad specialem corporum naturalium considerationem nunc accedet, eandem, si Numen faueat, cum instantis hyemis decursu ad finem perducturus. Lectiones reliquas antea coeptas quam diligentissime prosequetur; nouasque vel priuatas vel priuatissimas, si quae expetentur, lubens aperiet.

D. ERN. FRID. NEVBAVER,

Antiqq. nec non Gr. & orientalis litteraturae P. P. O.

hoc anno Decanus.

PVblice in *Esaiæ* vaticiniis, ex ebraeo fonte explanandis, ad caput vsque *tricesimum primum* peruenit. Priuatim siue in *graecis*, siue in *ebraicis ac orientalibus* litteris, siue denique in *antiquitatum* studio ad desideria Dn. Comilitonum lubens sese accommodabit. Harum praelectionum initium b. c. D. faciet die xxvii. Sept. Ceterum hoc anno publica Magistrorum Philosophiae promotio, singulari Programmate indicta, peragetur, quum iam numerus Candidatorum eximius adsit.

ERNESTVS THOM,

Moral. atque Juris Nat. & Gent. P. P. O.

IUs naturæ Heineccii tractare perget. Pufendorffii libros de officio hominis & ciuis publice explanare instituet. In philosophia morali priuatim tradenda elementa Heineccii vel alius auctoris præcepta, quæ probabuntur, adhibebit.

CHRI-

CHRISTIANVS FRID. MEIS,

J. V. D. & Prof. Philos. Ord.

IN publicis lectionibus institutum suum, quo Geographiã antiquam & novam ex Historiis illustrare cœpit, persequetur: Privatim vero Logicam interpretabitur ad dũdũ celeberr. Reuschii; Institutiones Jurisprudentiæ universalis cel. Daries explicabit, & Historiam Statuum Europæorum duce Ill. Gebauero exponet.

ANDREAS BOEHM,

Ph. D. Log. & Met. P. P. O.

Publice exercitia disputatoria instituet. Privatim Logicam & Metaphysicam denuo docebit. Privatissime autem Mathesin tum puram, tum applicatam explicabit.

HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

Phil. D. & utr. Eloqu. P. P. O.

Proximo semestri spatio Horatii Arte Poët. nonnullis Cicer. Epistolis & Oratione pro L. Manil. publice explicatis, præsentis, quod nunc ingredimur, HORATII *Carm. L. I.* & CELLARII *Breviarium Antiqu. Roman.* publice interpretabitur. Privatim HEINECCII *fundamenta stili*, in primis quod ad conficiendas Epistolas, Orationes & reliqua scripturum genera, quæ duabus per hebdomada horis Oratione quadam & Epistolis selectis Ciceronis illustrabit; nec non GOTTSCHEDII *artem dicendi*, orationibus quoque sacris accommodatam, exponet. In lectionibus denique privatissimis desiderii Commilitonum satis facere perget.

PRæter ista, generosis quoque ac nobilissimis civibus, de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique, palæstra, Gallicæ item & Italicæ linguæ scholis, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.